MATTHIÆ HUBNERI, POMERANI, IURECONSULTI; ET ANTECESSORIS, ITEMQUE Consiliarii quondam in Academia & Republ. NORINBERGENSIUM elegantissimus

De la lib.a del Coll.o ... Cuenca

# COMMENTARIUS

# DE DIFFERENTIIS IURIS OMNIBUS IN SCHOLIS ET FORO VERSANTIBUS

apprime utilis & necessarius:

*Huic accesserunt*

*MATTHIÆ STEPHANI, POmerani, I.V Doctoris & Professoris in Academia Gryphisvvaldensi, &c.*

IURIS QUÆSTIONES ILLUSTRES

*Secundum ordinem Titulorum in IV. Libris Institutionum Iustiniani Imperatoris proposita.*

FRANCOFURTI,
*Impensis Ioannis Iacobi Porssij,*
*Anno 1616.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

# AD MAGNIFICVM, NOBILEM, ET AMPLISSIMVM INCLYTÆ REIPVBLICÆ Norinbergensis Senatum,

## *MATTHIÆ STEPHANI Iurisconsulti* Præfatio.

*HAbuistis, Viri Magnifici, in Academia & Republica vestra, Professorem & Consiliarium, Dn. Matthiam Hubnerum, Iureconsultum non è multis; popularem & amicum meum clarissimum. Ille inter cætera, edidit quoq; ante aliquot annos elegantem & vtilissimum Commentarium Iuris, de Differentiis Iuris: quem certo certius locupletiorem reddidisset, si diutius superuixisset: quippe quod*

# THESES
## De
# DIFFERENTIIS
## IVRIS.

NON minus vtile, *a*] quam difficile est *b*] argumentum de differentiis, cum in cæteris omnibus disciplinis, *c*] tum vel maximè in Iurisprudentia. *d*] Quare operæ pretium facturi videmur, si istud in Theses aliquot coniectum, primo de Iure ipso in genere, deinde de eius quoque speciebus, Priuato, Publico & Sacro συζητήσει publicæ subiiciamus. Respond. IOHANNE IACOBO HBERSO PALAT.

[a] *ad locum* περὶ ταὐτοῦ καὶ ἑτέρου *vel de eodem & altero, vt vocat Cicero Top. adeoque ad dandum* ἐνστάσεις *con* τὰ λόγους ἐπιχειρηματικούς, *vt est apud Alexand. & inprimis ad naturã & essentiam rerum cognoscendam. Hinc in Iure rationes diuersitatis sumuntur, & legum constitutio & interpretatio, quippe in qua similium ac dissimilium magnus est vsus.* b] *Hinc Aristoteles in Eth.* τὸ διορίζειν οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν. c] *Arist. 1. & 7. Top.* d] *vt ex rationibus diuersitatis & interpretatione legum apparet. Quæ causa quod 9. libris hoc argumentum persecutus est Modestinus.*

## THESIS. I.

ETsi Iurisprudentiæ valde cognata est Philosophia ciuilis, cum vtraque non tantum eodem nomine appelletur, *a*] sed & περὶ τὰ ἀνθρώπινα versetur, *b*] habeatque finem præter cognitionem praxin, *c*] & principia intellectum, τοῖς πρακτικοῖς innixum, *d*] & præcepta ὡς ἐπὶ τὸ πολύ: *e*] tamen ab ea non parum differt. *f*. IVRISPRVDENTIÆ.

a] *l. 1. § 5. D. de extr. cognit. l. 1. § 1. l. 10 D de iust. & iure. Plato in Dialogo amatorum.* b] *Arist. 6 Eth.* c] *Arist. Eth. 2. & 10. Eth cap. vlt.* d] *6. Eth c. 5 & 7.* e] *Eth cap 2. l. 3. 4. 5. 6. D de legibus l. 3. D si pars her. pet.* f] *Plato in Cic. pro Mur.*

*PRIMA*

# CENTVRIA IVRIS QVÆSTIONVM ET CONCLVsionum,

*EX PRIMO LIBRO INSTITVTIONVM IVSTINIANI IMPERATORIS, secundum ordinem & seriem titulorum consignata,*

à

MATTHIA STEPHANI, Pomerano, I. V. D.

I.

*IVS non in opinione, sed in rei veritate & natura consistere, A. idq; in artem redactum, B. adeoq; & certum esse adfirmamus. C.*

A 1. Fons enim legum iuris & morum est Natura: Finis ad quem referunt, est natura, scilicet hominis. Ea autem est simplex, vna, vera, & perpetua. Ergo & ius à natura per se simplex, vnicum, & iam tum à principio sui generis æterna lege definitum est. 2. Quidquid natura proficiscitur, æternum est & verum? Quod autem veritate nititur, non opinione, sed reipsa vnum &